

PRO

# CANONIBVS

APOSTOLORVM, ET EPI-  
STOLIS DECRETALIBVS PONTI-  
ficum Apostolicorum, aduersus Magdebur-  
genses centuriatores, Defensio, in quinque  
libros digesta.

*Ad Illustrissimum & Reuerendissimum D. D. Sta-  
nislauum Hosium S. R. E. Cardinalem, &  
Episcopum Varmiensensem.*

Francisco Turriano Societatis  
IESV, auctore.

*Nuper adiecimus triplicem indicem, capitum scilicet, verum  
& locorum sacrae scripturae in his libris explicatorum.*



LVTETIAE,

Apud Sebastianum Niuellium, sub  
Ciconiis, via Iacobæa.

M. D. LXXIII.




Illustrissimo, & Reue-

RENDISS. D. D. STA-

NISLAO HOSIO S. R. E. CAR-

dinali, & Episcopo Varmienfi.

Franciscus Turrianus So-  
cietatis I E S V.

VI A neque semper, nec omnes, qui ad utilitatem ecclesie vel alii saculis, vel etiam hoc nostro scripserunt, Reuerendissime Domine, cui nominatim opera sua dicarent, curasse videntur, non enim est hac scriptorum lex, aut vice legis mos, fieri solet, ut cum clarum & insigne alicuius nomen apparet operi inscriptum, cui opus dicatum sit, continuo quidam tacita quadam curiositate audire aueant, quid cause in auctore fuerit, ut dicaret: presertim, si auctor huiusmodi dicationibus alias in aliis libris suis non studuisse videatur, ut nobis cum in seculo essemus, contigit. Quare, ut curiosis istis, & avidis, si qui erunt, principio satisfaciam, Libros hos quinque, quos pro defensione canonum Apostolorum & epistolarum decretalium Pontificum Apostolicorum confecimus, ut tibi dedicatos emitterem, plura erant, quae suaderent, primum, quod cum ipse tanto studio nobilissimam Germaniam tibi charissimam adiuvandi, eosque, qui in ea a recta via maiorum suorum, miserabiliter a principio seducti, deflexerunt, ad lucem reuocandi teneris, ut nihil magis cupias, nihil aliud te iam diu dies, ac noctes sollicitet, tu occurrebas maxime dignus hoc munere, cuius semper aures his beati Iacobi vocibus videntur un-



# Francisci Turriani So- CIETATIS IESV,

*Aduersus Magdeburgenses Centuriatores pro  
Canonibus Apostolorum.*

## LIBER PRIMVS.

*Responsio ad ea, quæ Magdeburgenses Centuriatores in  
proœmio accusationis Canonum Apostolorum in eos obi-  
ciunt: & defensio Canonis xvii. de secundis nuptiis ordi-  
nando Clerico prohibitis: & explanatio loci Pauli ad Ti-  
tum de continentia Sacerdotum, Collatis loci scriptura,  
& examinata proprietate & consuetudine verbi Conti-  
nentia in scripturis.* Caput I.



T igitur ad omnia, quæ Magdebur-  
genſes Centuriatores in Eccleſiaſti-  
cos Canones Sanctorum Apoſtolo-  
rum obiſciunt, reſpondere iam inci-  
piamus, ordiamur ab eorum proœ-  
mio, ſic enim illi orſi ſunt, Canones  
illos, qui a Clemente Romano verſi  
dicuntur, & nomine Apoſtolorum circunferuntur, ab  
Apoſtolis non eſſe cõſcriptos, nec hoc ſæculo tales ex-  
tiſſe, multis firmis argumentis probari poteſt.]

Haecenus proœmium, in quo illud primum non in-  
telligo, quid ſibi velit, quod aiunt, Canones illos, qui à  
Clemente Rom. verſi dicuntur. Ex qua enim lingua  
verſi? aut quis vnquam dixit à Clemente verſos præter

LVTETIÆ PARISIORVM,

Cudebat Ioannes Charronius Typographus, anno  
domini M.D. LXXIII. sexto idus Iulij,  
impensis Sebastiani Niuellij &  
Nicolai Chesneau, Bi-  
bliopolis.